ut singula tecum et cum fratribus senioribus vestrisque quos ex me officiosissime salutabis, perpendas cogitesque, an non synodi proxime vobis coiturae haec gravissima dignissimaque materia esse possit. Quid autem tibi et fratribus videatur, ad me ut prima occasione rursus perscribas, etiam atque etiam oro. Dominus Jesus tibi tuisque benedicat et nos omnes in sancta veritate et pace conjungat. Heidelbergae 11. decembris 1605.

Epistola.

Illustrissimo Principi ac Domino, Dno. Georgio Radzivilio Duci Dubinki et Birzarum Castellano Trocensi, Capitaneo Mozirienſi etc.

56.

Gratiam et benedictionem Tuae Celsitudini precor a Domino, Illustr: Princeps: Mirantur multi, unde Papa et Clerus Romanus in Orbe Christiano ab annis mille paulo amplius ad tantum potentiae fastigium conscenderit: doctrina fideique Christianae tanta facta sit depressio ac depravatio. Utrumque malum ex uno profluxit fonte, quod nimirum Principes Christiani fere ab Episcopis sub Ethnico Magistratu jurisdictioni inter suos assuetis ita persuasi curam Religionis ab officio suo alienam duxerunt. Episcopi vero Principum indulgentia non modo sibi solis potestatem Ecclesiasticam vendicarunt, sed et eousque extenderunt ut cumulatis indies Conciliorum decretis ordinem suum jurisdictione civili penitus eximerent, exemtum supra Principes evehorent, simulque Religionis praetextu non Principum modo possessiones, sed totius mundi opes deliciasque ad se traherent. In tanto autem opum ac deliciarum luxu nec bene stabit pietas nec bene habitabit religio. Episcopi igitur in opulentia luxuriosi et indocti, religionis curam commendabant suffraganeis, suffraganei Monachis et Sophistis, sacrarum literarum vel ignaris, vel

tertasis.

sectariis contemtoribus. Unde ut verbo dicam, Religio
Christiana tota scenica et facta, atque in larvas Ceremonia-
les conversa. adeo quidem ut nisi aliquando piorum Impp. tan-
detestabili Monachorum et Episcoporum perfidiae opposi-
ta authoritas aliquam saltem fidei curam in se recepisset
mirum ni ipsius Christi nomen Christianis intercidisset.
Memorabile extat ejus rei documentum Novell: 13 Ubi Imp:
ad legem de Ordinatione Episcoporum et Clericorum autho-
ritate Imperatoria sanciendam se compelli queritur vari-
is interpellationibus contra Clericos, Monachos et Episcopos
ut qui secundum Canones divinos minime viverent adeo
etiam flagitiose rudes essent, ut nec ipsam Eucharistiae
et sacri Baptismatis orationem tenerent, aut scirent.
O rem miserandam! si sal infatuatum fuerit, quo~~modo~~
salietur? Sed ad quid haec, Ill. Princeps? Videat C. T.
quorsum res Christiana abitura fuerit, nisi his tandem
temporibus tantae Episcoporum ignaviae atque perfidiae in-
tercessisset Principum Christianorum Zelus: quorsum e-
tiam porro sit evasura nisi pii Principes, quorum men-
tes et corda singulari Dei gratia irradiavit fulgor Evange-
lii Christi, in eam serio curam invigilent, non solum ut se
suasque ditionis subditos istorum luporum faucibus eripiant,
nec tyrannidi tantae, hoc est Antichristianae, jugo in certam
animarum perniciem colla subdant diutius: sed etiam ut
doctrina salutis incorrupta, atque ab humanarum traditi-
onum fermento repurgata, juxta normam sacrarum
scripturarum sonet in suis Ecclesiis, pastores recte et fide-
liter officium faciant, et nunquam desint, qui aliis eme-
ritis aut decedentibus in opere Domini succedere ad posteri-
tatem queat. Hoc enim est quod a Principe requirit Apo-
stolus, Ministrum Dei vocans in bonum subditorum: utique
non unum modo, sed quodvis: non civile solum (ut vulgo pu-
tatur) sed et spirituale, et quidem tanto magis, quanto hoc
bonum quovis alio bono est praestantius magisque saluti sub-
ditorum necessarium. Id vero est doctrina Evangelii sin-
cera, et cultus Dei incorruptus, unde aeterna salus Principis
totiusque Reip: dependet. Praeclara igitur piaque Principe di-
gnissima res est, quam agit C. T., non id solum curans ut
Pax vigeat, jusque obtineat in Rep: sed multo magis ut
in Ecclesiis suo commissis patrocinio sonet incorrupta vox

Evangelii.

Evangelii, cultusq Deo puty præfert. Cui accedit quod eadē Cels: T. in spem Ecclarū suarū, ne his aliquandoidonei deficiant Doctores atq Pastores munifica liberalitate fo, vet alumnos Musarum, in Academia nostra Samuelem Le onhardi et Jacobum Kotezki qui Orthodoxan doctrinā adversus omne genus hæreticos, atq etiam novos Antichristi milites triarios, Jesuitas, aliquando feliciter tuebuntur atq posteritati illibatam servabunt. Hi adeò Ill: Princeps nunc ad Celsitudinem Tuam scribendi mihi causa fuerunt, quia referre putaverunt T. C. ex me de studiis et moribus suis aliquid cognoscere: de quibus verè fateor, eos cum in genuā modestia pietate ac frugalitate, assiduam in studiis diligentiam hactenus conjungere. Et Samuel quidē cujus ingenium amabile et acutū imprimis complector, contiguis meum ædibus habitat: uterq è regione domus meæ cibum capit, quotidie mihi in oculis, in lectionibus atq dispu, tationibus publicis, in collegiis privatis, ô exploratus mihi quam cogniti. Uterq sanè jam triun prope añorū spa, cio, quo nobiscum sunt, consq in bonarū literarū et S. Theol: studiis progressi mihi videntur ut si supremā à Fa, cultate nostra lauream petat (quod à obscurè præ se te, rent) haud laturos repulsam existimem. Tam præcla, rum Conatū Tuæ Celsitudini peracq gloriosū, atq Ecclesiis Lithuaniciis salutarem futurum, quin Celsitudo Tua mu, nifico sumtu sit adjutura nullus dubito. Vale Ill. Prin, ceps, ac meū hoc scribendi studiū in bonā partem acci, pe, meq inter C. Tuæ addictissimos clementissime com, plectere. Heidelbergæ d. viii Maij A. 1605.

D. Rudolpho Goclenio 57.

Salutem à Domino Jesu!

Gratulor tibi, gratulor Ecclesiæ, gratulor Acade, miæ novum patronum exasse. Utinam tu nobis sic gratuleris! Valdè me recrearunt tuæ ad Adamum nostrum, quas mihi exhibuit legendas: quia diu am, biguus rumor nos de statu vestro detinuit. Sed quid vestri Θεόδοτοι! Videte, ut Menzerum vobis